Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26143
Copyright: Admont, Benediktinerstift



104

maiestatem attollit hic s; commendat humilitatem. Dignecq; ac rationabiliter quod infirmum et
stultum est dei hominum fortitudini et sapientiae antefert. Ipsis nacq; ligna silvestria et
infructuosa. quo secundum prophetam os declinaverunt simul inutiles facti sunt non est qui faciat
bonum non est usq; ad unum. Sic mali inter ligna silvarum sic dilectus meus inter filios. Vna
inter ligna silvarum dns ihc arbor faciens fructum secundum hominem sane et si placet hominibus s; ab
anglis minoratus Miro etenim modo et angelis sese factus caro subiecta et angelorum manentes dns
subiectos reddunt. Denique; videbitis igitur angelos ascendentes et descendentes super filium
hominis. quod in uno eodemq; homine xpi ihu et infirmitatem foveant et stupeant maiestatem. Et quod
sponse id dulcius quod se imminuit sapientiae libentius adtollit gratiam. profert miam. stupet
dignationem. Libuit pide hominem inter homines admirari non inter angelos dum. tangit mali
inter ligna excellit silvarum. et non plane inter hortos plantaria. Nec putat minui
laude ubi de confidatione infirmitatis pietatis bonitatis exaltat. Quemcunq iuxta aliquem a
laudibus repetat eo tre iuxta aliquem magis laudat. minus psequitur gratiam dignitatis.
ut gratia dignationis emineat. Sic quoque apls quod stultum et infirmum est dei sapientius for
tiusq; dicit esse hominibus s; non angelis. et sic pphta speciosum prodiit forma pre filiis hominum
et non pre angelis. sic ista certe in eodem spiritu loquitur sub typo fructiferae arboris silvestris
vmq; lignoq. hoc loco efferre voluit hominem dum supra omnem gratiam hominum non
autem super excellentiam angelorum. Sic mali inter ligna silvarum sic dilectus meus inter
filios. Et bene inter filios quia cum esset unicus patris sui multos illi et abq; iuidia filios
acquirere studuit quos non confundit vocare fres ut sit ipse primogenitus in multis
fribus. Iure autem preponitur universis adoptatis pre gratiam. is quod pre natura filius est. Sic mali
inter ligna silvarum sic dilectus mis inter filios. Merito sic mali quia istar fructiferae ar-
boris et umbram refrigerii habet. et fert fructum optimum. An non vere fructiferum lignum.
cui flores fructus honores et honestatis. Denique; lignum uitae est apprehendentibus eum.
Non comparabuntur huic oia ligna silvarum. quae et si sint arbores pulchre et magne quae
ope ferre videantur orando. ministrando. docendo. exempli iuvando. sol tam di sapi
entia quae lignum est uitae. sol panis uius qui descendit de celo et dat uitam mundo.
Ido ait sub umbra illius quem desiderabam sedi. et fructus eius dulcis gutturi meo. Merito
ei desiderabat umbram de quo refrigerium esset et refectionem parit accepta. Nam cetera quae
silvarum ligna et si umbram solacii habent s; non uitae refectionem non fructus perpetuos
salutis. Vnus enim uitae auctor unus mediator dei et hominum homo xpus ihc qui dicit spon
se suae. salus tua ego sum. Non moyses igitur dedit vobis panem de celo. s; pater mis dat vobis
panem de celo verum. Propterea quae xpus potissimum desiderabat umbram quod sol sit quae non solum
ab estu refrigat uiciq. s; et replet delectatione uirtutum. Sub umbra illius quem desi
derabam sedi.